

## ἄρτιος (πούς)

ATIL. FORTVN. GL VI 281. 3 sqq. hi (*scil.* pedes) sunt qui in usum [excepto dactylo] omnium carminum veniunt, qui gressibus alternatis quasi incedunt per versus <et> moventur. hic est motus et ingressio, quam Graeci basin appellant: de sublato constat et positione, quae et thesis dicitur, <ut> est ‘arma vi’; ‘ar’ sublato est temporum duum, ‘ma vi’ positio temporum duum. pedes qui ex utraque parte paria tempora habent ἄρτιοι et ἴσοι, qui inaequalia περίσσοι et πάρισσοι appellantur. [G.M.]